



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Tractatus De Necessitate Et Modo Ministrandi Sacramenta Tempore pestis

Chapeauville, Jean

Mogvntiæ, 1612

16. An è contra illis, qui volunt sibi ministrari in lecto, cum ijs sint viribus, vt possint domo infecta egredi, & ad salubriorem locum migrare?

urn:nbn:de:hbz:466:1-41077

QVÆSTIO XVI.

An econtra & illis, qui volunt sibi ministrari in lecto, cum is sint viribus, vt possint domo infecta egredi, & ad salubriorem locum migrare?

Quæstionis explicatio.

Casus est talis: Intelligit pastor subditum de repente peste infectum, festinat ad illum, rogatque vt ex domo infecta egrediatur, & locum accedat salubriorem, in quo illi minori contagionis periculo sacramenta ministret: Ægrotus non vult suscipere hoc sacramentum nisi lecto decumbens. Quæritur, an pastor teneatur tantisper expectare, donec lecto decumbat, & ibi sacramentum illi ministret?

Responsio.

Non tenetur expectare, sed contra æger iuxta vires suas tenetur ad locum, ministrationsi huius sacramenti idoneum, siue ecclesiam, siue alium quemcunq; minori contagionis periculo obnoxium, accedere, nisi aliquid sit, quod eum legitime excuset, alias peccat contra charitatem, patrem spiritualem periculo mortis sine causa exponedo, vt ex dictis primo capite manifestum est.

Dices:

Dices: Quid si æger de hac obligatione sufficiēter instructus, nec vllam legitimam excusationem habens, nolit locum salubriorem accedere, tenebiturne pastor domum cum vitę periculo ingredi, & in lecto sacramentum ministrare?

R. Non teneri, non propter vitæ periculum, quod pastor certis remediis adhibitis aliquo modo forte vitare posset, sed propter prauam ægri interiorem dispositionē: est enim in actuali peccato, volens pastorem adire periculum vitæ, sine necessitate, & consequenter non est capax sacramentalis gratiæ, nisi opinionem mutet, & sano pastotis iudicio acquiescat.

QVÆSTIO XVII.

An etiam pueris, qui capaces sunt sacramenti pœnitentiæ?

Quæstionis explicatio.

Non est moris in diœcesi Leodien. vt Extrema Vnctio detur, nisi ætate iam grandioribus, neque vidi vnquam vlli ministrare ante annum ætatis vigesimum. Huius occasione quæritur, an pastores teneantur ministrare pueris peste infectis, qui capaces sunt sacramenti pœnitentiæ, an vero ex consuetudine Leodien. excusentur?

Responsio.